parte ipsius iure hereditario obligatos iure proprietatis, sicut tenebatur, in predictis bonis nobis resignato prefate ecclesie et ad annominatarum filiarum suarum administrationem prebendarum assignavit et contulit propter deum nichilominus pro salute et remedio anime sue suorumque parentum, ut ipsius et suorum in eadem ecclesia celebris memoria habeatur, nullis reclamantibus libere et absolute ordinavit in testamentum. Nos vero racione advocacie et nostre iurisdictionis[b]) tutoris et procuratoris officium super predictam ecclesiam sancti Nycolay et ecclesie conventum gerentes annominatos mansos cum areis pertinentibus pro ipso dominarum conventu suscepimus conservandos et ab omni malorum hominum impeticione deffensandos. Ut autem hec racionabilis donacio coram nobis et nostris nobilibus et ministerialibus facta et a nobis confirmata ab aliquo invido aut perfido in posterum calumpnia sive dolo non valeat infirmari vel retractari, presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri munimine dignum duximus roborandam nunc et inperpetuum valituram. Testes autem huius donacionis sunt. Bertoldus de Silbernhusen. Bertoldus de Kindelvsen. Vlricus de Tullestet nobiles. Ludovicus et Siboto fratres de Wrankenstein. Gvntherus dapifer. Hinricus de Mildenstein. Hinricus marschalcus. Nortmannus et Burchardus de Cruzeburc. Hermannus de Peznike[c]). Cirstanus Girbuch et alii quam plures. Datum in Isnach[d]) anno domini m. c. xc. vi, indictione xv, mense februario pridie nonas februarii.

(S.)

4.

Kaiser Heinrich VI. bestätigt dem Bischof Balduin von Utrecht die lange bestrittene Grafschaft Weluwe. — Zeuge: Landgraf Hermann. **Bei Gelnhausen, 1196 März 6.**

Gedr.: Muller, Het oudste cartularium van het sticht Utrecht 166 (nach 2 Kopien A. B.). Stumpf 4986.

— — Huius rei testes sunt. Ludolphus Magdeburgensis[a]) ecclesie archiepiscopus. Hartwicus[b]) Bremensis archiepiscopus. Hermannus lantgravius Thuringie[c]). Otto comes de Bentheim[d]). Comes Lambertus de Erfordia. Guichardus burgravius de Magdeburg[e]). Comes Albertus de Werningerode[f]). Rubertus de Duerne[g]). Cuno de Mincemberc[h]). Marquardus dapifer. Drushardus de Kesteneburc[i]). Heinricus camerarius de Groiz[k]). Heinricus pincerna de Lutra[l]). Gerardus de Grimberc[m]). Arnoldus de Wisemal[n]) et alii quam plures.

Signum domni Heinrici[o]) sexti Romanorum imperatoris invictissimi et regis Sicilie.

Ego Conradus Hildenshemensis[p]) electus imperialis aule cancellarius vice Conradi Maguntine[q]) sedis archiepiscopi et totius Germanie archicancellarii recognovi.

3. *b)* iurdic̄onis. *c) Peznik̄.* *d) Isnach.*
4. *a)* Madubergensis *B.* *b)* Harewicus *B.* *c)* Turingie *B.* *d)* Benthem *B.* *e)* Madeburg. *f)* Werningerode *B.* *g)* Robertus de Duerne *B.* Clūrne *A.* *h)* Nuerenburg *B.* *i)* Kestenebert *B.* *k)* Henricus camerarius de Groye *B.* *l)* Henricus pincerna de Lucca *B.* *m)* Grumbert *B.* *n)* Wesemael *B.* *o)* Henrici *B.* *p)* Hildensemensis *B.* *q)* Moguntinensis *B.*